

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

In Purificatione B. Mariæ Virginis Paraphrasis Lectionis Malachiaæ III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

nos peccauerint. Hæc aliaque stupenda Dei beneficia cum ingenti sui ingrediuntur detestatione, & diuinæ benignitatis admiratione recognoscantur. Sexto alacriter, feraenter, fideliter ac perpetim Deum laudabunt. Id planè exigit tanta erga nos diuinæ pietatis multitudo. Et quisquis Deum creaverit, redemptorem, conservatorem suum non laudat, omni bruto deterior ac vilior est. Itaque & hoc ipsum veræ conuersationi necessarium est. Septimo quoad poterunt ne recidant in peccata cauehant fortiter quod in bono perseverabunt. Sola enim perseverantia coronabitur. Multi bene inchoant, sed pauci perseverant. Non potest autem vera dici conuersio, ubi perseverantia deest. Quod si quandoque ex infirmitate labi contingat, curen saltem vel illico resurgent: & si millies ceciderint, millies resurgent nec unquam iactant in virtutis: sicutque perseverent usque in finem. In his septem quisque bene se exercitauerit, veræ conuersationis fructu non fraudabitur. Itaque dilectissimi dum adhuc licet, respescamus cum Paulo. Habeant sibi corui cras sumus: nos hodie potius conuertamur. Habemus Patrem clementissimum in celis, qui nihil magis optat, quam conuersationem, salutem ac beatitudinem nostram, Dominum nostrum Iesum Christum, cum Patre & sancto Spiritu viventem & regnante in secula seculorum, Amen.

IN SOLENNITATE PURIFICATIONIS IMMACULATAE SEMPERQUE VIRGINIS MARIE, LECTIO
MALACHIÆ PROPHETÆ, MALACH. III.

Matth. ii.
Marc. i.
Lucz. i.
Lucz. 7.
Psl. 131.

confablit.

Matth. ii.
Sapient. i.



*E*cce dicit Dominus: Ecce, ego mitto Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum. Et quis perterit cogitare diuini adventus eius? Et quis stabit ad videntem eum? Ipse enim quasi ignis consfans, & quasi herba fulgurans. Et sedebit consfans & emundans quasi argentum, & purgabit filios Levi, & collabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino efferentes sacrificia in infinito. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem scut dies seculi, & scut anni antiqui, dicit Dominus Omnipotens.

PARAPHRASIS IN EANDEM LECTIENEM.

Ver apulchra isthe lectione hodiernæ celebritati conueniat, ita est cuiusque perspicuum, ut id declarare nihil sit necesse. Loquitur enim per Prophetam suum Malachiam Filium Dei: Ecce ego mitto Angelum meum, nempe Ioannem Baptistam (ita enim haec verba exponit ipse Salvator apud Martham & preparabit viam ante faciem meam, adhortando homines ut dignos agant fructus penitentie, ut vitiis repudiatis, virtutibus animæ suæ domicilium decenter exornent, ut sic libeat mihi in ipsius ingredi, in eoquæ commorari. Namque in malevolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subditio peccatis: vel sua doctrina & baptismo ludatur.

deo ad me doctrinæ & baptismatis receptionem aptos ac habiles reddendo. Dicitur autem Ioannes Angelus, ratione ministerij, quia nuncius & precursor Christi fuit, de quo apud Ioannem legitur: *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes.* Et statim id est, paulo post ortum Ioannis, veniet ad teplum suum dominator quem vos queritis, id est, ipse ego veniam ad templa offerendus iuxta legem à parentibus meis. *Non enim venui so[u]ere legem,* sed implere. Et Angelus testamenti, quem vos vultis: qui idem ipse Christus Iesus est, author & institutor noui testamenti, & magni consilij Angelus, qui omnia quæcumque audiuit à Patre nota fecit nobis, & nomen Patris sui annunciat fidelibus suis. Quod autem dicit, *Quem vos queritis, & quem vos vultis,* de bonis omnibus, & iustis à mundi exordio accipiendo est. Illenim Christi aduentum summopere desiderarunt, de quibus dicit Salvator in Euangeliō: *Multireges & propheta voluerunt videre que vos videtis, & non viderunt.* Ecce venit, dicit Dominus exercituum, cui præsto sunt innumerabiles legiones Angelorum, cui millia millium ministrant, & decies millies centena millia assistunt.

Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Etenim diabolum non potest, sed humilitate & patientia debellatur, mitis ac humilis veniet, non regio stipatus exercitu, non seculari fastu tumidus, sed sicut Zacharias ait, pauper, id est, humilis & vilis, quantum ad humanum iudicium attinet, ideoque à paucissimis cognoscetur. Nam diuinitatis maiestatem in serui forma occultabit. Et quis stabit ad videndum eum? Multi enim ubi videbunt Dominum Iesum tam humilem ac simplicem ducere vitam, eum penitus despixerunt, nec eum aliquo in precio habere voluerunt. Alij etiam quod corum vita acriter reprehenderet, inexpiabiliter cum odio prosequabantur, ita ut eis etiam grauis esset ad videndum. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullionum. Ut igni purgatur aurum & herba fullo-num vestes mundantur: ita Dominus Iesus ignitis sermonibus suis, multos purgavit à vitijs, & ad meliorem mentem animique puritatem reduxit. Et si debet conflans, excoquens igni amoris sui, ignitoque eloquio suo sordes peccatorum: & emundans in se credentes quasi argentum quod igni purgatur, & purgabit filios Leui, ut quemadmodum scriptum est, iudicium incipiat à domo Dei. Per filios Leui sacerdotes & templi ministri accipiuntur, qui sapè maioribus inquinantur sordibus, quam homines laici ac vulgares. Quo enim status dignior, eo vita mala scelerior ac impurior. Hos igitur Dominus quandoq; duris permittit vexationibus affligi, vt eiusmodi flagellis correcti, suis monitis & exemplis alios ad Dei timorem & amorem reducant, quos sua improbitate & pessimis exemplis auertunt à Deo. Atque utinam vel vexatio daret intellectum auditui. Et conflabit eos quasi aurum & argentum, ut impleatur Esaie sermo, dicentis: *Conuertam marum meum ad te.* & excoquam ad purum scoriam tuam. Et erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia, non sicut multi faciunt, qui pollutis manibus regem gloriz & totius puritatis autorem tractare & offerre non verentur: quæ res vel precipua istarum perturbationum & scandalorum causa est. O resipiscant tandem qui tales sunt, & non sint miseræ plebeculae in ruinam & lacuum mortis. Altoqui timendum est, vt ira Dei intolerabilis sæviat in

cc nos.

nos. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem, id est, oblatio sacramenti altaris, quod Hierosolymis primo constat esse institutum, hoc dies seculi & sicut anni antiqui, id est, longè magis, quam vñquam anna. Hebraisimus enim est. Veteris enim legis sacrificia hactenus placebant Deo, quatenus pijs ac deuotis animis offerebantur: sed nostrum sacrificium in ipso sanctum est, nec potest non placere Deo: quanquam ministri illud offerentes ob vitam indignam sçpè vehementer displicent.

*EXEGESIS EVANGELII IN EADEM SO.
lennitate, Luca II.*

Magnæ humilitatis exemplum nobis ob oculos statuit Euangelium dei huius, tum in ipsa virgine matre, tum in vnigenito Filio Dei. Author legis ceu peccator quispiam legi se subiicit, & mater immorata, quæ absque viri commixtione conceperat, atque ea re lege non nebatur, legis præscriptum studiofissimè exequitur. Qua de re pulcherrima dicit Diuus Bernardus: Qui sine peccato est, non deditur peccator regari. Itemq[ue]: Pütas non poterat animus virginis commoueri ac dicere Quid mihi opus est purificatione? Cur abstineam ab ingressu templi, cum vterus nesciens virum, factus est templum Spiritus sancti? Cur non ingrediā templum, quæ peperi templi Dominum? Nihil in hoc concepu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum: nimis enim proles ista fons puritatis fit, & purgationem venerit facere delistorum. Quid in me legalis purificet obseruatio, quæ purissima facta sum ipso partu immaculata? Verè & beata virgo, verè non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circuncisione? Esto inter misericordias tanquam vna earum: nam & filius tuus sic est in numero puerorum. Ergo his maximè confunditur superbia nostra, qui cum reuera miseri a virtutis pleni simus, tamen non solum non serimus tales ab alijs nos habet, sed sçpè etiam iusti & sancti videri volumus. Non sic humilius Deus, non sic humilius mater Dei. Sed videamus ipsa Euangeli verba.

Postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.

Diuitia lege præceptum fuit, vt mulier si suscepto semine peperisset maleficum, immunda esset septem diebus, quibus nedum à templi ingressu & a cultu sacrorum, sed etiam ab hominum consortio excluderetur. Ostensum est die puer circuncideretur, atque tum liceret matri hominum quidem vici consortio, sed tamen adhuc triginta tribus diebus à templi introitu distinxeret. Si vero foemina peperisset, dies tam quo ad hominum consuetum, quam templi accessum duplificarentur. Deinde exploris diebus purificationis, templum ingressa, si diues esset, agnum, si pauper, duos turices, aut duos pullos columbarum offerret. Et ista lex generatim ad omnes recens natas proles pertinebat; præter quam alia erat ipecialis, quæ filii

Bernardus.

Mebr. 1.

Levit. 12.

primogenita, tam iumentorum, quam hominum complectebatur, ut, quā-
doquidem Dominus cuncta Aegypti primogenita occiderat, ea illi conse-
crarentur. Beata igitur Dei genitrix semperque virgo tametsi ipsius Moise
verbis ab hac priori legi excepta fuit (Non enim concepit suscepto semine:
quz verba ob illius reverentiam Moses ex sancti Spiritus instinctu adiecit:
alioqui superfluo adiuncta viderentur) nihilominus libenter passa fuit,
velut immundam, tam ab hominum confortio, quam templi aditu se arce-
ri, manens interim in parvo illo & vili Bethlemitico tugurio cum filio
suo longe & mantillimo, cuius viuis praesentia omnium hominum consue-
tuine longe illi & suauior & gravior fuit. Sed & ipse Filius Dei tanquam
vnu ex ceteris vt peccator, vt seruus, vt pauper redimi voluit. Nam post-
quam impleti sunt dies purgationis Mariae secundūm legem Moise, tulerunt
Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino. Vides quantopere omnem
singulartatem, omnem ostentationem Filius Dei, & mater eius fugerint. Sed
quare voluit mater Dei & suz purificationis & filij presentationis obserua-
re legem, cum vterque ab ea immunis esset? Multis videlicet ex causis: quas
quia omnes emarrare longum foret, dicamus vel paucas. Fecit igitur hoc, seruante,
rumne Iudeis villam vel scandali, vel calumniandi materiam præbere:
tum ne legem diuinitus datam contemptui habere ac negligere videretur:
tum ne gratiam Dei sibi præstatam, & vix paucissimis cognitam, tanquam
humane laudis auida, omnibus ostentare crederetur: tum vt perfecte & obe-
dienti ac humilitatis nobis præstaret exemplum: tum vt diabolo diuinæ
incarnationis mysterium penitus occultaretur. Si quis plures velit nosse
causas, lega scripta doctorum. Tulerunt, inquit, Iesum in Hierusalem, vt si-
sterent eum Domino, id est, offerrent ac presentarent: & quia primogenitus
erat, etiam redimerent, sicut Euangelista subdit:

Et vt darent hostiam secundūm quod dictum est in lege
Domini, par turturum aut duos pullos columbarum.

Orem omni admiratione prosequendam. In templo præsentatur is, qui
pios omnes suum sibi templum efficit: quinque scilicet vt seruus redimitur,
cuius ditioni ac imperio totum subiacet vniuersum: offertur pro eo sacri-
ficium, quo velut peccator expiatur, qui cunctorum peccata expurgavit:
a matre virgine parvulus gestatur, qui immensus & omnipotens omnia Hebr. 1.
porrat & sufficitur verbo virtutis suz: non diuitum sed pauperum oblazione
vitur, qui solus est diues, qui per Salomonem dicit: Mecum sunt diuitia & Prou. 8.
glorie. Tenet puerla suum & omnium creatorem, nutrit suum & omnium
nurritorem: portat ad templum suum & omnium rectorem. Sed quærat Matth. 2.
merito aliquis: Cum certum sit Magos inter cetera munera etiam aurum,
& quidem vt tantos decebat viros, haud exiguum Domino obtulisse, quid
causa est, vt virgo beata agnum offerre noluerit, turtures vel pullos co-
lumbæ instar pauperum obtulisse contenta? Si habuit unde agnum emeret,
& noluit, videtur fraudem fecisse sacerdoti: sin vero non habuit, vbi Mago-
rum aurum reliquit? Sed virgo piissima amatrix summa paupertatis, in Autum trium
telligens certissima ex sancti Spiritus inspiratione mentem ac propositum Magorum in
filii, quomodo paupertate maximè amaret, & toto vitæ sua spatio amplecti iste expersum.

ee 2 statuisset,

VI
22

statuisset, vt erat in proximos, maximè inopes & miseros longè pīssimū, totum illum thesaurum per sanctum Ioseph creditur statim in pauperum solarium distribuisse. Si dicas: Vnde ergo vītūra erat cum Domino Salvatore & sancto Iosepho? Nos respondemus, Occupet eiusmodi sollicitudo eorum animos, qui nesciunt diuinæ se committere prouidentiæ, qui non audent confidere Deo, quod posteaquam corpus & animam dedit libentissimè, sit etiam vita necessaria præstitus. Beata autem & gloria virgo, qui totam spem suam contulerat in Deum, non poterat nec tenuissimam in animum suum inanis curæ aut pusillanimitatis cogitationem admittere. Quā obrem pro filij nutu ac voluntate cuncta dispersit in miseros, malens nucrī auro, quam pietate ac misericordia. Curam autem omnem sui in Deum reiecit, conuenienter illi admonitioni Propheticæ: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriat.* Nouerat namque etiam alibi eundem dixisse Prophetam: *Non vidit iustum derelictum nec sēmen eius querens panem.* Tota die misertatur & commodat, & sēmen illius in benedictione erit. Animaduertant hęc diuites auari, qui semper metuunt, ne non satis multa relinquant prolibus suis, omne fortassis patrimonium suum comedendo, potando, luxuriando absunturis, & nec tenuem ipsis gratiam habituris, atque interim pauperes & miseros crudelissimè negligunt.

Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israēl, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum accepérat Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

Hic porro commemorat Euangelista sēnem iustum & sanctum, dignum qui videret Christum Domini, & qui nato Saluatori redderet testimonium.

**Simeon cur
fuerit iustus.
Iustitia quid.**

Angust.

**Simeon vi
fuerit timo
ratus.**

1.Ioan.4.

1.Corin.13.

**Timor synec
rus & castus
quis.
Ecc 7.
Psalm.12.**

Dicitqū sum fuisse iustum & timoratum: iustum quidem non modo obitum, quatenus ea virtus particularis est, qua redditur cuiq; quod sum est: sed etiam quatenus est virtus communis seu generalis, virtutes omnes in se complectens, quam Augustinus definiens, ait eam esse, qua Deus, proximusq; diligitur. Fuit etiam timoratus, non eo timore, quo metuunt homines ne bonis temporarijs priuentur, ne vitam amittant temporalem, ne tempore patiantur incommode: quæ omnia ad mundanum, aut seruile timorem pertinent, quem perfecta charitas foras mitit. Non enim est fidelis domino suo, sed proprijs duntaxat Iucris ducitur, quod est à vera charitate maximè alienum, quæ non querit quæ sua sunt, sed tendit in alterum. Non ergo ex hoc timore laudatur sanctus Simeon, vt qui magis in virtute est, quam in virtute: sed illo casto & sincero, qualis est filiorum, qui plus veretur iniuriam & offendam Dei, quam quodus proprium incommode, de quo scripture dicit: *Qui timet Deum, nihil negligit.* Et: *Ti
mor Domini sanctus permanens in seculum seculi.* Expectans consolationem Israēl. Hoc propriè in hominibus sanctis charitas efficit, vt multorum optent salutem. Ita beatus iste senex, non sui duntaxat, verum totius Israēl, omnium videlicet electorum consolationem ac liberationem, quæ Christi aduentu præstanta erat, expectabat idq; ardentissimo desiderio, &

quotidianis perpetuisq; precibus, quibus in tantum placuit Deo, ut etiā iucundissima illius reuelatione de aduentu Saluatoris certior efficius sit. Et Spiritus sanctus erat in eo: à quo etiam responsum acceperat, nō visurum se mortē, nisi prius videret Christum Domini. Beatus plane ille homo, cuius desiderium habitator est Spiritus sanctus. Non potest ille non sanctis feruere desiderijs, & in animum suum aduentum optare Saluatoris. Olim sancti homines, gravissimi huius exilij & miseranda captiuitatis pertæsi, vehementissimè Christi aduentu si nascituri præsentiam suspirabant. Sic David sanctus: *Ostende, inquit, nos* Bernard. *Domine faciem tuam, & salvi erimus.* Itemq;: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Et Esaias Propheta: *Vt in am, ait, celos dis-* Psalm. 79. *Esaie 64.*

rumpes, & descenderes. Talis erat & hic venerandus & amabilis senex Si-

meon, quem dubium non est quotidie ignitis precibus Dominum ut veni-

ret, pulsasse. De talibus dicit S. Bernardus: *Ardorem desiderij patrum sus-*

pirantium Christi in carne præsentiam frequentissimè cogitans, compun-

go & confundor in memetipso: & nunc vix contineo lachrymas, ita puder-

me temporis torporisq; miserabilium temporum horum. Cui namque no-

nstrum tantum ingerit gaudium gratia huius exhibitio, quantum veteribus

santis accenderat desiderium promissio? Lege hinc plura apud ipsum Ber-

nardum Sermone II. in Cantica Canticorum. Hodie miseri magis aurum

& argentum, id est, lutum, aut corporis voluptates, id est, pororum fili-

quas, aut honores & fastus seculi, hoc est, vanitates & insanas falsas, & di-

aboli pompas appetimus, quam Christum eiusq; gratiam. Verum non ni-

finos ipsos fallimus. Sequitur.

Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem le-

gis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum:

Nec sanctus & venerabilis senex fraudaretur desiderio suo, eodem tem-

pore, quo Christus ferebarur in templum, intus admonitus est a Spiritu san-

cto, ut iret ad templum. Ita factum ast, ut eodem reuelante Spiritu cognos-

ceret puerum qui illuc adducebatur, esse mundi saluatorem, cuius conspe-

cum ipsi promiserat Spiritus sanctus. Accurrit itaque, & feruenti deside-

rio petijt a matre præberi sibi infantulum, quem vbi pia mater præbuit, ac-

cepit eum lætus in vlnas suas, non vtique sine maxima humilitate, deuo-

sione & reverentia. Magna profecto huius senis charitas fuit. Nō enim du-

bitabat Deum ac Dominum suum esse quem sic amplectebatur: vnde merito

poterat horrore, timore ac tremore concuti: sed amor praefuit fiduci-

am, ut securus pījs stringeret amplexibus, quē super se eriam angelicꝝ po-

testates verentur. Hanc fiduciam non præstat fides sterilis ac bonis operibus

vacua, sed feruens & perfecta charitas, quæ vbiq; & semper & in omnibus

Domini Dei sui voluntatem diligenter exequitur, idq; non ob aliud,

niq; quia nouit ita velle eum quem diligit. Sequitur:

Et dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum

verbū tuum in pace. Quia videbunt oculi mei salutare tu-

um. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israe.

Psalm. 4.

Iam adeptus erat, quod sperauerat, quod totis animis visceribus conciperat, quod tot annis tam anxius expectabat: ideoque nihil iam superesse arbitrans, cur diutius viuendum sibi putaret, piissimo & tranquillissimo animi affectu exclamauit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Vidi Christum salutare tuum, vidi Deum ac Dominum meum, quem semper videre concipiui, vidi eum, qui est summa, unita & vera pax animi, tranquillitas mentis: ergo iam dimitti cupio, sicut pollicites, in pace, ut in ipso obdormiam & requiescam, quem vniuersitatem, qui, ut dixi, vera pax est omnium electorum. Quid mihi iam in Ierusalem cum huius misericordiae virtute perturbationibus? quid mihi cum hac vita misera, milie periculorum, tentationum, vexationum procellis exposita? Dimittime in pace, ut anima mea ab huius exilio erupta ergastulo ad finum Abraham: licet quietura transeat, donec peractis omnibus, quae ad salutem nostram pertinent, Christus Filius tuus me ex inferis ecclustum cum iustis omnibus in calvum secum abducatur, id est, supernam Hierusalem, visionem pacis sempiternae.

Pacem vero
quoniam pra-
pediat.

Amare im-
modice tem-
poralia unde
coningat.

Gregorius.

Ioan. 1.

Ibidem.

Lumen vero
qui sit Domi-
nus Iesus.

Ad hanc pacem quisquis pertingere appetit, expurger se a vita, quae sola impedimento sunt, ne vera pace perfruamur. Quia, inquit, videunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel. Salutare Dei Christum esse vel ex hoc loco satis intelligitur. Eum Simeon sanctus ubi vidit, iam praeceps eum nihil optat videre amplius. Faſtidit omnia qua mundus habet, postquam Deum Dei Filium vidit. Quid enim possit in rebus creatis liberari, qui omnium creatorem videt? Itaque quod multi vilissima praesentis vita bona & res caducas charas habent, inde potissimum fit, quod summi boni nullum adhuc gustum percepissent. Quod si vel tenuiter gustassent, sentirent nimis irum eius comparatione mortali contempnda esse, quaecunque mundus suis offert amicis, sicut verilime dicit Papa Gregorius: Gustato spiritu desipit omnis caro. Quod autem ait: Quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, manifeste indicat Dominum toto humano generi salutarem venisse. Ipse enim lux vera qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde autem illis, qui suis peccatis aditum precludunt hinc luci, quo minus eorum pectora illustrare queat: de quibus dicit Euangelista: Et lux in tenebris lucet, & tenebre eius non comprehendunt, id est, admittere noluerunt. Qui enim peccat, lucem excludit, nec sinit gratiae lumen in se operari. O si homines vitis dediti aduertere vellent, quantum bonum se excludant, quanta luce se priuent, quantis immersant tenebris internis, horrent sanè, & minus essent proclives in vita: Dominus Iesus verum lumen est, remoueat quicquid illi obicem ponit, & confessum gratiae suae splendoribus totos nos collustrabit. Sed cur dicit sanctus Simeon, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel? An ne etiam Iudeos Christus illuminauit? an ne etiam toti humano generi magnam auxilium

IN FESTO PURIFICATIONIS.

223.

Math. 15.

anulit gloriam, quod Dei Filius homo fieri voluit? Missus planè erat Do-
minus ad oves quæ perierant domus Israel, & illis illuminandis quantam
nauauerit operam, Evangelica scripta declarant. Sed quia paucissimi eius
lucem recipere voluerunt, ad gentes gratia eius translata est. Vnde Esaias
dicit ex persona Dei: *Ecce testem populis dedit eum, ducem ac preceptorem genti- Efai. 45.*
bus. Dicitur ergo lumen gentium, quia post eius aduentum gentes dñmo-
num cultui deditæ ad vnius Dei viui & veri agnitionem conuersæ sunt, &
Iudei in sua cæxitate permanserunt. Gloriam autem plebis Israel eum vo-
cat, quod illi populo maximam attulerit dignitatem, quod Dei Filius ex
ipso carnem sumere voluit: quod idem ad totum humanum genus refer-
ri potest, cui id non vulgarem aduexit gloriam, quod Dei Filius homo fi-
eri dignatus est. Rogemus nunc Dominum dilectissimi, vt dum adhuc
in hoc exilio degimus veram pectoris & conscientiæ pacem, cunctis viti-
js & perturbationibus exclusis ac sotiris adipisci, Christum veram salutem
interioribus oculis, vel per speculum & in enigmate conspicere, atque eius
luce, ne erroribus & mendacijs fallamur, illustrari, atque ipsum tandem,
quicqua gloria est plebis suæ in cælesti patria felicissime possidere, atque in
eius populo, id est, veris Israelitis adnumerari mereamur, Amen.

VI
22

SERMO IN EADEM SOLENNITATE.

*Vt Christi ac matris eius humilitatem & obedientiam
imitari debeamus.*

Quem inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consue-
tudinem legis pro eo. Luca secundo. Etsi dubium non est dilectissimi
totam Domini Saluatoris vitam omnigenis claruisse virtutibus,
nullam tamen ferè tam studiosè, ac sollicitè in seipso expressissimè, nobisque
colendam tradidisse videtur, atque veram ac profundam humilitatem,
Vnde ipse ait: *Dicte à me, non fabricare cælos, non excitare mortuos, non Matth. 11.
mortalium omnium effterri ac celebrari encornijs: sed quia mitis sum & hu-
milis corde, videlicet vt & vos beatæ humilitatis, & placida mansuetudinis vita Christi.*
gratiam adipisci conemini. Inspiciamus si placet totam Christi mortalem rotam sue sit
viram, & in ea vbiique humilitatem præcipue eminere conspiciemus. Nas- meta humili-
citur in exteris locis procul à paterna domo, ex virgine humili ac paupere, *Lukz 1.*
in vili & fœtenti stabulo, reponitur in præsepio, circunciditur vt peccati
reus, offertur in templo ac redimitur vt vnu sacerdos, qui est verendum su- *Matth. 12.*
per omnes, Herodis insaniam sentiens, fugit in Aegyptum tanquam sibi ab
illo homuncione metuat, quem solo nutu extinguiere poterat: vsque ad an-
num tricessimum latet incognitus, vilibus cum S. Joseph operibus intentus,
denique vbi mundo prædicare exorsus est, tam manifestè ineffabilem vbi-
que humilitatem præ se tulit, vt omnino superuacaneum sit id declarare
velle. Quæ omnia breuiter complexus D. Bernardus, ait *Exinanivit Chri- Bernardus,*
tus simet ipsum formam serui accipiens: filius erat, & factus est tanquam seruus. *Phil. 2.*
Nec solum formam serui accepit, vt subesse, sed etiam mali serui vt vapula-
ter, & serui peccati, vt poenam solueret, cum culpam non haberet.

Iaiam habemus filij Dei admirandam humilitatem: videamus etiā quā

cc. 4.

ea vir-

Humilitas B.
At riz quan-
ts fuent.

ea virtus in eius matre dignissima effulserit. Nouerat virgo supernis splen-
doribus abunde illustrata solum humilitatem reddere hominem Deo suo
fidelem, eidem ascribere bona omnia, sibi verò non nisi mala, eamq; nec
insolescere in prosperis, nec deicere in aduersis: ideoq; summo studio eam
amplexa est. Vnde, tametsi ab æterno Patre tam singulariter esset electa, ab
ipso Dei Filio in matrem assumpta, à sancto Spiritu totius gratia plenaria
inundata, ab Angelo officiosissimè salutata, multisq; alijs eximijs:
inauditis affecta doris Dei, nihilominus tanquam horum nihil ipsi prædi-
tum esset, in profundissimè humilitatis abyssum sese semper deiecit, gra-
tias quidens agens Deo corde ardentissimo pro beneficijs illius, sed eorum
nihil sibi tribuens. Quod in ea admirans S. Bernardus, in hæc verba pro-
rumpit: Quæ est ista tam sublimis humilitas, quæ honori cedere non no-
uit, insolescere gloria nescit? Dei mater eligitur, & ancillam se nominat.
Non est magnum esse humilem in abiectione: magna proorsus & rara virtus
humilitas honorata. Ecce reuera nimis stupendum, quod virgo sacratissi-
ma, Dei mater veneranda inter tot præclaras virtutum charismata, tot diui-
norum prærogarias munera, tantam tamq; excellentem vitæ sanctimo-
niam altaq; multa nulli vanquam tam sublimiter concessa non solum non
est erecta in superbiam, sed nec tenuissimum elationis motum sensivit
quam: in eo verò quanto præstantioribus Omnipotentis Dei beneficijs au-
gebatur, tanto se semper humilius abiecit, omnibus illis ex animo indigna-
se iudicans. Vbi facile aduersti potest, quantum vicerit animi constantia &
fortitudine, ac profunda humilitate primum illum ac præcipuum Ange-
lum, qui cum non esset tam sublimi affectus honore, vt mater Dei, (Nihil
enim sub Deo maioris est dignitatis, quam esse matrem Dei) tamen ex na-
turali pulchritudine ac decore suo tam intolerandam concepit superbiam,
vt irreucabili benignissimi creatoris sententia detrusus sit in infimum
tartari lacum, semper illi sine fine cruciandus. Iam verò si quis diligenter
scire velit, quanta fuerit in Dei matre humilitas, cogitet si potest quanta
in eius mente serenissima, ac lucidissima, tum Dei, tum suipius cognitio
fuerit. Quæ quanto est maior in homine, tanto etiam humilitas demissior
sit necesse est. Nemo me putet de nuda illa Dei ac sui cognitione dicere, quæ
potest esse etiam in malis ac impijs: sed de illa potius, quæ à sancto Spiritu
de Deo & supernaturaliter infunditur: qua usque adeo beatæ semper virginis Maria
de se ipsa.

Esaiæ 14.

Cognitionē
quam lucida
habuerit bea-
ta Virgo Ma-
ria de Deo &
de se ipsa.

animam constat impletam fuisse, vt à nemine satis queat comprehendendi. Ita-
que frequentissimè diuinæ lucis persuasa fulgoribus, atque in diuinis
creberrimè & altissimè demersa abyssum, maximam & ineffabilem diuinæ
majestatis ac celitudinis, siveque paruitatis notitiam adiipecebatur: Inde ve-
rò instantum sese deiecit, ac omnino nihil pendit, vt Dei erga se benignitatem
ac liberalitatem vehementissimè admiraretur, eaq; se indignissimam
toto corde sentiret. Sed & ipse sapientissimus Deus quandoquidem eam su-
pra omnem puram creaturam tam in donis gratia gratum facientis, quam
gratia gratis datæ euheret ac exaltare constituerat pro suo erga ipsam sin-
gulari ac ardentissimo amore, vt eorum omnium donorum, & charisma-
tum esset capacissima, ad eaq; suscipienda cum primis habiliis ac idonea,
principio perfectissimam & profundissimam ei præstirit humilitatem: qua
indis

VI
22

indies in ea mirificè excrescente, simul etiam alia omnia supernorum charismatum dona cumulabantur. Ut enim ad coquallium concava vberitatem pluviatilis vnda confluit: & quo conualles sunt profundiores, eo copiosior rem possunt vndam capere, largioresq; in eis aquæ colliguntur: ita in animis humiles diuina gratia propensissimè illabitur, eaq; tñto copiosior, quæ fectum sunt humiliores. Quis autem cogitatione cõpletæ queat, quantum in humiliatae virginis sacratissima, profectum fecerit, quando veri Dei Filium, cuius summam maiestatem optimè nouerat, tam humiliter, tñ modestè, tam obdienter quotidie secum vici: are perspexit, cuius exemplis non poterat non vehementissimè inflammari sicut dubium non est, quin ut obdientissima & summè docilis Christi Filij sui discipula, perfectissimè ab eodem dicerit, ac executa sit semper, quod ipse dicebat: *Dicte à me quia misericordia sum & habuimus corda.* Sed quid nos multis de sanctissimæ virginis humilitate agimus, quæ nunquam potuit, sed nec poterit vlo explicari sermone! *Videamus nunc paucis & filiij eius & ipsius obdientiam.* De se quidem ipse filius iñ faciat ^{Matth. 12.} Non descendit de cælo ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misericordia habet patris. Ecce habes obdientiam erga patrem. *Lucas autem Euangelista* quodam loco de ipso sic refert: *Descendit Jesus cum parentibus suis in Nazareth & erat subditus eis.* En habes obdientiam erga parentes: sed obdientiam talam, quam aures humanæ sine stupore & tremore vix possint percipere. Quid est enim subditum esse Deum hominibus, omnipotentem inserviens, Regem regum & Dominum dominorum, pauperculis & simplicibus, creatorem creaturis, immortalem mortalibus? Neq; solù parentibus suis obedire, sed etiam mortalibus cunctis quantum in ipso fuit. Quis vñquam aliquid petijt ab eo, & passus est repulsam! Atq; quod magis mirandum, etiā Matth. 4. ipsi vilissimo dæmoni le submissi, eatenus, quod se permisit ab illo in tem- ^{Lucas 4.} pli pinnaculum, & in montem excelsum duci. Quam verò benedicta mater eius hanc Deo gratissimam virtutem excoluerit, vel ex hoc solo perspicue ^{8. Mathe.} quanto fuit, quod nunquam in tota vita sua vel tenuissimo peccato offenderit est. Deum: adeo semper summè solicita fuit, ne quid admitteret, quo vel parum displiceret Deo ac Domino suo: potestq; rectissimè illi aptari verius ille Psalimi I. In lege Domini voluntas eius & in lege eius meditabatur die ac nocte. Ne- ^{Psalm. 1.} que contenta fuit languore circa communia, & præcepta duntaxat obserua- re, sed quicquid cognovit præcipue placere Deo, id semper studiofissimè ex- ecuta est. Imo etiam ea, ad quæ non erat astricta, perfecitè seruare voluntati & obdientiæ causa: cuiusmodi est, quod purificationis seruavit le- ^{Lucas 2.} gem, cùm nullas contraxisset fortes, à quibus esset expurganda.

Merito igitur huic præstantissimæ virginis ac reverendissimæ Dominae Omnis creaturæ subiectur ac obtemperat creatura omnis cælestis & terrestris, & quæ rora ut me- cunque cæli & terræ ambitu continentur: quandoquidem ipsa perfectissimè subiecta ^{tio. B. Mariæ.} Deo semper subiecta fuit. Sed quid prodest dilectissimi, vt has Filij Dei matrisque eius virtutes commovere mus, nisi etiam pro modulo nostro eas imitari studeamus? Didicimus humilitatem humiliis Dei, didicimus humili- militatem matris Dei, didicimus & vtriusque obdientiam, quæ virtus ex humiliitate proficitur (non enim potest esse verè obediens, nisi qui humili- sit, nec potest non obediare, qui humilitate prædictus est) dilecamus ergo &

Humilitas
quid sit.
Bernard.

Hieron.

Ad veram hu-
militatem
quam pro-
moueant.

Rationem
meritam nul-
lam habere
homines cur
superbire
possint.

Bernardus.

Eccle. 10.

Bernardus.

nos esse humiles, discamus esse morigeri ac obedientes. Vra que virtus salutem prorsus necessaria est. Humilitatem B. Bernardus definis, quod virtus, qua quis verissima sui cognitione sibi vilescit. Idemque ait quod versus humiliis non vult humiliis praedicari, sed viliis reputari. Quod est contra hypocritas, qui foris humilitatem simulant, cum animo superbi armidi sint. Quod ut caueamus, D. Hieronymus pulchrè admonet, vbi an Humilitatem sequere, non quæ ostenditur atque simulatur gestu corpori, ac finta voce verborum, sed quæ puro cordis affectu exprimitur. Aliud est nim virtutem habere, aliud virtutis similitudinem. Illa multo deformis est superbia, quæ sub quibusdam humilitatis signis latet. Nescio enim quomodo turpiora sunt virtutia, cum virtutum specie celantur. Hæc ille.

Ad veram autem humilitatem obtinendam multum prodest bene prospeta habere, atq; ob oculos reuocare virtutia quibus Deum offendimus, namque perturbationes siue passiones malas quibus impliciti sumus. Non enim facile erigemur in superbiam, si bene attendere volemus quam viles sumus in conspectu Dei ob peccata & virtutia nostra, quibus tamen plus satis abundamus. Nihil namque Deo peius fecerit, atque peccatum: & hoc propriè nostra est. Si qua verò bona in nobis sunt, ea non nostra, sed Dei sunt. Nihil igit omnino in nobis est, nisi quod pessimè fecerat, de illis loquor, quæ verè nostra sunt. Vnde igitur superbia intumescimus? Si de ingenij præstanzia, si de pulchritudine corporis, si de viribus, si de diuitijs, si de quantum excellenti eruditione, si denique, quod maius est, de virtutibus ac charismatibus diuinitus infusis: hæc omnia aliena sunt, nostra non sunt. Quicquid in his boni est, quicquid laude dignum est, ex totius boni fonte in nos derivatum est, non ex nobisip̄is profectum. Quia igitur fronte inde superbimur? Si tolli animo placet, exrollantur de innumeris sceleribus, virtutis & peccati nostris: hæc enim nostra sunt. Atqui ex his erigi in superbiam, nihil aliud est, quam in furorem & insaniam verti. Deinde non parum quoquæd uat ad humiliatis capessendam gratiam, considerare vilitatem conditionis nostræ quantum ad ipsum corpus attinet, de qua D. Bernardus scribens: diligenter, inquit, consideres, quid per os & narē, cæterosq; corporis meatus egreditur, vilius sterquilinium nunquam vidisti. Itemq; Nihil est aliud homo, nisi saccus stercorum, cibis & esca vermī, post hominem vermis, post vermem fœtor & horror. Et sic in non hominem vertitur omnis homo. Quid ergo superbis homo puluis & cinis? cuius concepus culpa, nali miseria, viuere poena, & mori est angustia. Idem Bernard. serm. XXXVIII. in Cantica cantorum sententia virtut memorabili, qua non hæc duo carum, sed etiam alia quædam, quæ animum vehementer humiliant, complices est, ita dicens: Quomodo non humiliabitur anima in vera cognitione sui ipsius, cum se perceperit peccatis oneratum, mole mortalis corporis, grauata, terrenis curis circundata, carnaliū desideriorum fæce infecta, cæcam, curuam, infirmam, implicatam multis erroribus, mille periculis, positum, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiā, mille fæcutionibus ohnoxiā, mille necessitatibus ærumnosam, proclivē ad vice, & inualidam ad virtutes? Hæc ille. Magnum præterea ad consequendum humiliatem præstat adiumentum inspicere sanctorum exempla. Hoc enim



id efficit in nobis, vt dū aliorū præclarā cōspicimus gesta ac merita, nos ipsos non solum non extollere audeamus, sed etiam despicer ac deprimere contumeliam. Quid est enim vita nostra ad multorū cum Christo in cælis beatā Gregorius. nunc viā degentiu collata? Hac de re sic dicit B. Gregorius: Necesse est, qui in virtute humilitatis proficere desiderat, vt exempla sanctorū virorū consociat, atq; in eorū cōparatione se pensans, se peccato rem esse deprehendat. Hoc ad animiculū vel remedio vti debent, qui dum boni quippiam agunt, aut quædā in se Dei dona animaduertunt, ventū superbiz parvuntur. Credo equidem si quis præcedentū sanctorū facta & quo perpendat iudicio, magis ipsum etiā ex quibuslibet quantūis præclaris factis suis rubore posse suffundit, quam efferrī animo. Verum vt dicit S. Papa Gregorius, hæc reprobantur: quia mentis oculū semper in infirmis premunt. Quia & si quandoq; in via Dñi veniū, non ad meliorū vestigia intuenda, sed ad prauorū exempla vertuntur. Neque eorum considerant vitā, quibus se humiliando postponant, sed quibus se superbiendo præferant. Deteriores namq; conspiciunt, quibus se meliores esse gloriantur. Possent & alia multa, quibus obtineatur humilitas adduci, sed tēpus non patitur. De hac virtute, puta quām ea necessaria sit etiā illis, qui iam virtutibus acquirendis nauant operā, pulcherrimè dicit Gregorius Papa: Perit omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custodiatur. Qui enim virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. Ergo dilectissimi studeamus humilitati, sine qua nihil Deo gratū esse potest, quantumcunque excellens sit. Si grandē nitimur & sublimem virtutū structuram conficere, fundamenti loco altissimam ponamus humilitatem: quæ quanto fuerit profundior, tanto firmius, magis diuturnum erit totum cæterarū virtutum ædificium. Et si non nihil laborare oporteat, labor ipse contemnatur virtutis amore. Digna est enim hæc præclara humilitatis virtus, vt eius adipiscenda causa labor nullus subterfugiat. Tot tamq; eximios effectus habet: de quibus non est iam tingil latum agendum. Deinde vbi humilitatē adepti erimus, virtutes alia sua sponsucessent: imprimisq; vera tum erga Deum, tum prælatos, tum alios, maxime quibus parentum est, obedientia, quæ vt diximus, ex humilitate nascitur, nec nisi in humilibus vera ac D. o grata esse potest, nec vñquā abest ab humilib;. Quisquis autē illis quibus debet morē gerere non vult, is hoc ipso superbū se esse declarat. Erga Deū quidem summa ac præcipua semper exhibenda est obedientia, vt quicquid ille siue iussit siue veruit, ne pro ipsa quidē vita amittenda vñquam aut omittatur, aut fiat. Erga prælatos quoq; & Ecclesiæ processus integra ac syncera obediētia præstanta est, nec dubitet quisquā quin contemptus illos irrogatus in Deum redunderet. Sic enim ipse Dominus ait: Quis vos audiit me audi, & quis vos spernit me spernit. Et ne quis putet ob malā ipsorum vitam non eis esse obtinerandū. Dominus manifestè ait ad discipulos suos: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisei. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundū opera vero il- vii fit malis lorum nolite facere. Istud difficultè non est humilibus, qui neminem contemnunt, neminem iudicant, sed se solos omnium vilissimos ex animo putant, atque indiscriminatim quibusvis superioribus suis obediunt, modò manifestam præcipiant iniquitatem.

fundamentū
veri spiritua-
lis adiutorij
quodnam sit,

Obedientia
nascentia ex hu-
militate.

Obedientia
quibusvis de-
beamus.

Lucas 10.

Obedientia
etiam prala-
tis.

Math. 18.

Lutherani nostri spiritu non humiliatis sed elationis pleni nolunt Romanorum sedis antifliti, atque alijs catholicis Episcopis & superioribus suis temperare. Putant enim se nullam eis debere obedientiam. Sed quo autore? Lutheru scilicet, excucullato monacho, qui ipse primo votum obedientiae monasticum omni pudore simul cum habitu religioso relecto fragi, a deinde etiam Romano pontifici atque adeo toti Ecclesiae se opposuit. Ne sua damnatione contentus, quoscumque poruit ad eandem provocauit. Quod libentissime innumera hominum carnalium & mundo huic deditoru mba sc̄ētata est. Nimirum enim delectabat eos hodieq; delectat carnis gaudere libertate, quae est dirissima seruitus, nec vlli parere superiori potest. Cuius rei præclarum habent exemplum in ipso Lucifero, qui indignè ferens deo subiectum esse debere, tale concepit consilium: *Ascendam, inquit, super altitudinem nubium, sim ille et o altissimo.* Sed quid evenit misero? Id quod statim apud Esaiam, vnde hæc eius verba defumpta sunt, sequitur: *Veruntamen infra nrum detraheru in profundum lacu.* Timeamus hæc filij propriæ voluntatis libidin obsequi cernit. Quod utique neque Christus, neque eius voluntas genitrix suis nos exempli docuerunt: qui vt maximum obedientiam & obedienciam solam viam meritum nobis demonstrarent, etiam in illis obediens voluerunt, in quibus erant ab omnib; lege immacos. Quos nos dilectissimi imitari decebat, & eorum potius quam superbi dæmonis vestigijs ingredi. Nihil est Christianæ pieratis humilitate sublimius, nihil submissa obediencia glorioius. Pollo, aquam ex paradisi sedibus ob superbiam & inobedientiam detrusi sumus, non alia, qua ad eas reuerti liceat, quam humilitatis & obedientia, nobis licita via. Hanc teneamus, in hac perseveremus. Non nos delectet libertas carnis, cuius finis est dæmonum seruitus sempiterna apud inferos, sed Christi suave iugum & onus leue mansuetissimi humeris excipiamus. Humiliemur dum in hac misera vita vel potius morte sumus cum Domino Iesu & eius p̄fissima matre, vt exaltemur in die visitationis, quando veniet Dominus exaltare humiles, & humiliare superbos, quando pauperes spiritus, id est, humiles obirebunt regna cælorum, & superbi cum eo qui est rex per omnes filios superbiz, demergentur in flamas pice ac sulphure fæper arturas apud chaos tartarorum, iustum illis vindictam reddente Domino nostro Iesu Christo, qui est super omnia verendus & benedictus in secula, Amen.

SERMO II. IN EADEM SOLENNITATE

Templum triplex, in quod Christus missione offerri debet, quodnam quis item virtutes in superificatione idem Christus & dignissima ipsius mater nos docuerint.

*S*icut ipimus Deus in servordiam tuam in medio templo tui. Psalmo XLVII. Ch. folio

Lutheri rebello in
prælatos eccl
clesie quæta

Obedientia
Lutheranorum
qualis sit.

Esaïe 14.

Esaïe 14.

Matth. 10.

Humilitatem
meritum nobis
demonstrarent,
etiam in illis
obedientia
volunt in regnum cælorum, seu per deuia aberrare malunt cum principiis
tenebrarum, qui nunquam aduersus miseros mortales fortior est, quam cu
eos à Christianæ humilitatis obedientia sese subducere, ac propriæ voluntatis libidin obsequi cernit. Quod utique neque Christus, neque eius voluntas

genitrix suis nos exempli docuerunt: qui vt maximum obedientiam & obedienciam solam viam meritum nobis demonstrarent, etiam in illis obediens voluerunt, in quibus erant ab omnib; lege immacos. Quos nos dilectissimi imitari decebat, & eorum potius quam superbi dæmonis vestigijs ingredi. Nihil est Christianæ pieratis humilitate sublimius, nihil submissa obediencia glorioius. Pollo,

Matth. 11.

1. Petri 5.

Lucas 1.

Matth. 5.

Iob 41.

solemnitatem Christi, solemnitatem etiam beatæ & perpetuæ virginis Mariæ, excitat filios suos ad devotionem & gratiarum actionem Domino Deo Patri pro nativitate filii sui in carne, pro circuncisione eiusdem, & pro præsentatione seu oblatione illius in templum, & pro illius manifestatione, quæ hodie clarior fuit, quam in eius nativitate vel apparitione. Nam in nativitate solis pastoribus, in apparitione magis, hodie vero apparuit omnibus fidelibus cum testimonio solenni iusti Simeonis, & deuotissimæ viduæ S. Annæ. Idcirco statuit mater nostra sancta Ecclesia in principio Missæ præalligata verba cantari hodie: *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi*.^{psal. 47.} Quæ verba tripliciter possunt intelligi, secundum quod templum tripliciter potest accipi: scilicet literaliter pro templo materiali, vel mystice pro beata virgine Maria: sive moraliter pro nobisip̄s. Primo, literaliter, & secundum historiam accipitur templum pro materiali templo Salomonis, in quo hodie suscepimus misericordiam Dei, id est, Iesum Christum Dominum nostrum, qui non venit iudicare mundum, sed saluare, qui semetipsum hodie Deo Patri obtulit, & seipsum redemit, & obtulit hostiam pro peccato. Non tamen se redemit quasi obnoxium peccato, vel in aliquo debitorem: sed redemit nos in seipso: quia nos corpus unum multi sumus in ipso. Hanc porro oblationem & præsentationem Christi in templum materiale docet hodie Euangelica historia, in qua breuiter tangitur quomodo Christus Dei & virginis Filius voluit in templum offerri. Sed dicitis: quare voluit in templum offerri? Interrogo & vos: quare voluit nasci? quare voluit circuncidiri? quare voluit & postea crucifigi, & tandem mori? Omnia charissimi propter nos fecit. Nam sicut non habuit necesse, temp. 1. propter se, scilicet crucifigi aut mori, ita non fuit ei etiam necessarium in templum præsentari aut nasci. Nobis necessarium fuit, nobis utile fuit, non solum ad redemptionem nostram, sed etiam ad instructionem nostram. Talia enim sunt opera, & passiones Christi, tam fructuosa, quod non solum proficiunt, sed etiam erudiunt. Profuit quidem hæc obseruantia legis. Nam ut sanctus Thomas dicit, Christus voluit sub lege fieri, & præcepta legis seruare, quum tamen esset author legis, ut eos qui sub lege erant redimeret, & ut iustificatio legis in suis membris impleretur. Duplex enim præceptum in lege de prole nata traditum erat. Vnum quidem generale, Quia nam prius ad omnes, ut scilicet completis diebus purificationis matris, offerretur sacrificium pro filio vel filia. Et hoc sacrificium erat ad expiationem peccati, in quo erat proles concepta & nata, & etiam ad consecrationem quandam ipsius pueri: & idcirco offerebatur aliquid in holocaustum, & aliquid pro peccato. Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis, tam in hominibus, quam in iumentis. Sibi enim deputauerat Deus omne primogenitum filiorum Israël, pro eo quod ad liberationem populi Israël percussicerat primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus, primogenitus filiorum Israël reseruatis. Quia igitur Christus natus erat ex muliere, & erat primogenitus, & voluit sub lege fieri, idcirco hæc duo seruauit, quod scilicet fuit in templum præsentans, & pro eo oblatum sacrificium, scilicet parturum vel duo pulli columbarum. Et quia erat etiam primogenitus, idcirco fuit redemptus quinque siclis. In hac autem præsentatione habemus tria

Templum
triplex quod
qui intelli-
gendum.

Ioan. 8.

Christus que-
modo seip-
sum redeme-
rit

Ephes. 4.

temp. 1.

Leuit. 12.

Exod. 13.

Cœlit. 7.

Numer. 3.

Exod. 12.

S. Thomas.

Galat. 4.

Quia nam pri-

us ad omnes,

ut scilicet com-

pletis diebus puri-

ficationis ma-

tris, offerretur ri-

ficandis le-

sacrificium pro fi-

lio vel filia. Et hoc sacri-

ficium erat ad ex-

piationem pecca-

ti.

Leuit. 12.

Presentatio
Christi in té-
plo quas vir-
tates nos dc-
ceat.

Humilitas in
purificatione
B. Marie quā
ta fuit.

Leuit. 12.

Greg. ius.
Bernardus.

Humilitas
Christi in sua
præsentatio-
ne quanta fu-
erit.

Cant. 4.

Sapien. s.
Hebre. 1.

Paupertas
Christi & ci-
us matis
quanta fue-
runt eorum
purifica-
tione.

Leuit. 12.

Leo Papa.

Prover. 8.
Paupertatem
cur Christus
omnibus
graviterit
diuitijs.
Mundus to-
tus cur sit in
errore consti-
tutus.
Obedientia
exemplar
quale Chi-
stus & eius

magna documenta, siue exempla trium magnarum virtutum, tam ex parte

Dominis Iesu, quam ex parte beatæ virginis Mariae. Primum exemplum vel
documentum fuit, magna humilitatis. Primo in Maria virgine: quia licet
virgo, conceperat virgo, & clauso ventre, & sine dolore genuerat, nec cetera
defectibus & inconvenientijs muliebribus, quae evenire parentibus solem,
subiacuerat, tamen ex humilitate voluit se assimilare ceteris corruptis mu-
lieribus. Nam abstinuit per septem dies à consortio hominum, tanquam

immunda, & tringita tribus diebus ab ingressu templi, & alia seruauit, qui
in lege habebantur, ac si indiguisset tali purificatione. Seruauit bene illud
dictum sancti Gregorij, dicentis: Bonarum est mentium ibi culpam agnos-
cere, ubi nulla est culpa. Et illud sancti Bernardi: Verus humilis non valit:
humilis prædicari, sed vilis reputari. Secundo, magna humilitas apparuit

Iesu Christi, quod voluit pro se hostiam offerri pro peccato, ac si fuisset con-
ceptus & natus in peccato, à quo oportuit eum expiri. Sed bone Iesu quid
habes expandi? Vnde contraxisti peccatum? Non à Patre, quia Pater tuus Deus
est, in quem non cadit peccatum. Et tu Deus es ex Deo: non tamen du-
dij, sed cum Parre & Spiritu sancto unus es Deus. Nam secundum carnem

non habes patrem, sed tantum matrem, sed virgo est, tota pulchra, & macu-
la non est in ea. Non concepit libidine, sed fide. Accedit ad eam Spiritus san-
ctus, & de purissimis guttulis sanguinis eius formauit tibi corpus in vito
virginali, & virginem intactam & clausam reliquit, sicut inuenit. Non enim
ergo in te peccatum, qui est speculum sine macula, imago Dei Patris, &
figura substantiæ eius. Nos sumus qui expiamur à peccato in te, quia mem-
bra tua sumus. Tu caput es. Sanum quidem est caput, verum membra insi-
ma sunt, à capite, id est, à te sananda.

Secundo, exhibuit exemplum magnæ paupertatis, quia voluit offere
pauperum hostiam, id est, par turturn, vel duos pullos columbarum.
Nam soli diuites offerebant agnum. Non autem est mirum, quod etiam hic
seruauit paupertatem, quam in toto vita sua semper elegit. Nam quum in
sua optione esset eligere tempus, locum, modum, & conditionem, & paren-
tes de quibus vellet nasci, elegit, quod mundo esset abiectius & despiciens,
& carni poenarius. Nam parentes pauperes, locum despectum, derelictum,
& magis ignotum elegit, tempus quod esset poenarius infanti, scilicet, pro-
pter frigora. Vnde voluit nasci in tempore magis contrario infanti, scilicet
hyeme, & de nocte. O bone Iesu, quum sis creator omnium, &
tu sint diuitia & gloria, quare præ omnibus diuitijs elegisti paupert-
atem? Si bonum est, quod elegisti, quare nos omnes eligunt hoc bonum?
quare filii hominum, filii huius seculi sic querunt diuitias, sic querunt
magnificari super terram, exaltari super homines? quum tale exemplum
à te non viderunt, qui es summa sapientia. Certè si hoc bonum esset, tu
ipse hoc elegisses. Sed quia non eligisti, vel tu errasti, vel ipsi errant. Sed
quis dicere potest te errasse, qui es sapientia summa & eterna? Ergo quia
non errasti, nec errare potes eligendo paupertatem, sequitur quod totus
mundus errat, qui querit & colligit perituras diuitias. Tertio, exhibuit
exemplum magnæ obedientiæ, quia seruauit beata virgo cum filio le-
gem, ad quam non tenebatur. Notate verba legis, & videte si beata Maria
debet:

IN FESTO PURIFICATIONIS.

234

debet illi subiici. *Dixit Dominus ad Moysen: Hac dices filiis Israhel: Mulier si suscep-
to semine pepererit masculum immunda erit septem diebus. Quid necesse fuisset
adere, suscepto semine, nisi Moses à Domino illuminatus, cognouisset
Mariæ virginem partum sine semine? quia nisi cognouisset, superfluum
fuisset addere, suscepto semine. Nam nulla alia mulierum concepit si-
ne suscepto semine. Vnde nisi voluisset excipere Mariam, superflua fuis-
set talis loquutio. Nam talis est eiusmodi locutio, ac si vobis diceretur:
Quicunque fregerit silentium lingua, recipiet disciplinam. Quid est necesse
adere, lingua? Non enim frangitur silentium manibus vel pedibus. Sic
non fuisset necesse dicere: Mulier quæ suscepto semine parit, quia omnes de Mariam pa-
semine pariunt viri. Sed Moses ex inspiratione diuina noluit blasphemare & se
miam irrogare in matrem Domini, vt diceret: Omnis mulier quæ pa-
rit, immunda erit: sed propter ipsam excipiendam à tali lege, dixit: Mu-
lier quæ suscepto semine parit, immunda est. Sic non peperit Maria: id-
eo hæc lex non tangebat eam, nec tenebatur eam seruare. Attamen pro-
pter obedientiam (quæ facit plus quam tenetur) voluit seruare legem istam.
Hic iam licet vobis cogitare, & vobisipsis formare historiam, quomodo
scilicet, & cum quanta deuotione beata virgo Maria & Ioseph cum puer
Iesu ascenderint de Betklehem in Hierusalem. Non sunt omnia scripta
gesta Saluatoris, nisi quæ maximè necessaria fuerint fidei: quia Deus vo-
luit vt in talibus nos exercitaremus, cogitando quomodo facta sint. Indu-
bium tamen est, quin beata virgo maximam deuotionem habuit & gau-
dium, quod Dei Filium & suum baiulauit in templum, & obtulit Deo
Patri, & redemit ipsum quinque scilicet. Intellexit quoque, quod hoc
præfigratio quædam erat, quod videlicet Christus filius suus se postmo-
dum in perfecta ætate oblaturus erat Deo Patri in cruce pro peccatis totius
mundi, & redempturus omnes homines quinque vulneribus suis. Interea
autem venit ille sanctus Simeon, de quo audistis in Euāngelio. Venit au-
tem in spiritu in templum, hoc est, ex reuelatione Spiritus sancti, qui reue-
lavit præsentiam Mariæ, cùm Filio Christo & vero Messia, & dixit: Ecce spiritus in
Simeon completem est desiderium tuum. Ecce iam videbis Messiam tibi
promissum. Vade igitur cito ad templum, & ibi eum reperies, & brachijs
tuis eundem accipies, & deuotè adorabis. Cogitate nunc, cum quanto
gaudio, cum quanto ferore sanctus ille senex properauit ad templum:
considerate cum quanta reverentia Saluatorem mundi adorauit, cum quan-
ta fiducia ipsum de manibus beatæ virginis accepit, quæ illum benignissi-
mè & libentissimè eidem dedit: cum quanta item dulcedine & amore il-
lum inter brachia ad pectus suum strinxit, & osculatus est. Credendum
est, quod hæc vel similia verba potuit dicere: O benedictè puer, tu es crea-
tor meus, tu es Deus meus, tu es redemptor meus, tu es redemptio Israhel,
& expectatio gentium, tu desiderium patrum nostrorum, tu propheta-
rum oraculum. Istæ sunt manus, quæ fabricauerunt uniuersum mun-
dum. Isti sunt pedes quorum scabellum adoratur. Isti sunt oculi contem-
plantes bonos & malos, quibus nihil est absconditum. Nunc læsus mo-
riar, quia videre te merui. Nunc ergo dimitte me exire de hoc seculo, vt
tam felix & bonum nuncium deferam patribus in lymbo, qui te expectant.*

ff. 4.

Dimite.

Dimitte me cum gaudio mori, ne cum tristitia postea videam te à populo nostro reprobari, crucifigi, & inter duos latrones mori. Tunc conuerit se ad circumstantes & prædicavit, quia ipse erat Christus, & quod posuerat (sicut in Euangelio habetur) in ruinam, & resurrectionem multorum israel, & in signum, cui contradicitur. Et ad Mariam: Tuam, inquit, animam pertranshibit gladius. Vbi prædixit ei filij passionem, & eius, scilicet matris compassionem. Postea in gratiarum actionem cantauit canticum, quod hodie cantatur in receptione candelarum: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, id est, secundum promissum tuum, in pace, &c. Adueniebat etiam sancta Anna, non mater beatæ Mariæ, sed prophetissa, filia Phanuel, quam laudat Euangeliū. Hæc vixerat septem annis cum viro sua à virginitate sua. Et hæc vidua erat usque ad annos octoginta quatuor, quæ non recedebat de templo ieunijs & obsecrationibus, ieruiens Deo die ac nocte. Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redempcionem israel. Et quum omnia peracta erant secundum legem Domini, rediij Maria cum Ioseph & puerō in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Iuc etiam Simeon domum laudans, & benedicens Deum. Et quum ad dominum suum peruenisset, genibus accessis in terram, manibusque & oculis in celum eleuatis gratias agens Deo de tanto mysterio sibi reuelato, feliciter reddidit spiritum.

Canticum
Simeonis.

Annx viduæ
& prophetissæ
in templo.

Mors S. Si-
meonis.

Hostiam quæ
præcellente
hodie obtule-
xit B. Maria
in templo.

Compassio
B. Mariæ mix-
ta cum gau-
dio.

Templum vir-
ginet B. Vir-
ginem Ma-
riam.

Templum
misericordiz
cur revera sit
B. Maria.

Dimitte me cum gaudio mori, ne cum tristitia postea videam te à populo nostro reprobari, crucifigi, & inter duos latrones mori. Tunc conuerit se ad circumstantes & prædicavit, quia ipse erat Christus, & quod posuerat (sicut in Euangelio habetur) in ruinam, & resurrectionem multorum israel, & in signum, cui contradicitur. Et ad Mariam: Tuam, inquit, animam pertranshibit gladius. Vbi prædixit ei filij passionem, & eius, scilicet matris compassionem. Postea in gratiarum actionem cantauit canticum, quod hodie cantatur in receptione candelarum: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, id est, secundum promissum tuum, in pace, &c. Adueniebat etiam sancta Anna, non mater beatæ Mariæ, sed prophetissa, filia Phanuel, quam laudat Euangeliū. Hæc vixerat septem annis cum viro sua à virginitate sua. Et hæc vidua erat usque ad annos octoginta quatuor, quæ non recedebat de templo ieunijs & obsecrationibus, ieruiens Deo die ac nocte. Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redempcionem israel. Et quum omnia peracta erant secundum legem Domini, rediij Maria cum Ioseph & puerō in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Iuc etiam Simeon domum laudans, & benedicens Deum. Et quum ad dominum suum peruenisset, genibus accessis in terram, manibusque & oculis in celum eleuatis gratias agens Deo de tanto mysterio sibi reuelato, feliciter reddidit spiritum.

Cogitate inter hæc, quantum gaudium habuit beata Maria quum hæc omnia tam miranda aspiceret: quantum gauisa fuit, quod obtulit Deo gratiissimam hostiam, scilicet filium suum: & idcirco placauit eum mundus. Non fuit talis hostia oblata ab initio mundi. Quantum gauisa fuit, quod filius suus ita agnoscetebatur, & prædicabatur Christus à viris & mulieribus tam mirabiliter ad Dei gloriam. Habet tamen dolorem mixtum cum gaudio, quando audiuit mentionem fieri de passione filij, sicut Simeon prædixit: licet ipsam melius sciret ex scripturis & revelationibus, quam Simeon: tamen ex verbis Simeonis in memoriam reducebatur magis. Secundo dixi, quod verba thematis possunt mystice intelligi, ut per templum intelligatur beata virgo Maria sic: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, id est, in beata virginē, quæ est templum Dei, non solum ob hoc, quia Deus in ea etiam corporaliter habitauit: sed etiam propter multas conditiones conueniens cum templo. Nam sicut ad templum confiugunt omnes, diuersas petitiones & vota offerentes Deo: sic ad beatam Mariam specialiter omnes deuoti currunt, qui habent aliqua vota offere Deo, quæ citius volunt impetrare. Et sicut templum, id est, Ecclesia habet priuilegium, ut rei qui illuc confiugint sint immunes ab omni violentia, & iudeo non potest contra eos agere: sic confugientes ad beatam Mariam, immunes sunt à violentia dæmoniorum, & suspendunt sententiam iudicis Dei, quousque beata virgo ipsum placauerit: quia Deus neminem damnat, qui sub alas confugerit Beatæ Mariæ. Propterea dico quod ipsa est templum misericordiæ. Quis fugit ad hoc templum, id est, ad beatam Mariam, & non munitus est? Quis inuocauit eam pro misericordia, & exauditus non est? Quis clamauit ad eam in tribulatione, & consolatus non est? Quis habuicam fiduciam

fiduciam in illa, & deceptus est? Quis commisi: se illi, & derelictus est? A solis ortu usque ad occasum non est qui se abscondat a calore misericordiae & pietatis eius. Ipsa est potentissima & benevolentissima reconciliatrix omnium peccatorum. Per ipsam venimus ad Dei gratiam, quoniam venimus. Sicut pisibus ponitur in hamo esca, ut intrent & capiantur: sic Dominus Deus (sicut reuelauit Sanctae Catharinæ de Senis) beatam Mariam posuit escam miseris & desperatis peccatoribus, ut intrent hamum penitentiarum. Multi sunt, & innumerabiles peccatores, indurati & desperati in peccatis, qui considerantes sua scelera & Dei iustitiam & severitatem, non audent se conuertere & intrare hamum penitentiarum: quos tamen feliciter & misericorditer Deus decipit, capit, & imponit eis escam, id est, reconciliationem mansuetudinis, pietatis & dulcedinis Mariæ: & ad illam accedant, ad illam mordent, & capiantur: quia acquirunt amorem ad illam incipiunt ei seruire, & paulatim cognitionem & confidentiam de Deo, & si cincipit displicere eis vita ipsorum: quia beata domina non cessat, donec devotos suos reconciliet cum Deo. Deus & Dominus noster Iesus Christus electus & misericors, & fecit quasi quandam diuisionem cum matre sua. Referauit sibi iustitiam, & matrem suam præfecit super misericordiam, sicutque eam thesauroarium & dispensatricem. Quare non seruauit sibi talis dispensationem: quare commisit mari? Quia scit omnes indigere misericordia, omnes clamare pro misericordia: quia omnes sumus miseri. Nemo autem clamat ad Deum pro iustitia. Quare? Quia omnes sunt rei malefactores, sibiique male consciij. Omnes autem, ut dixi, clamant & querunt misericordiam, & idcirco dispensationem misericordiae commisit non viro, sed mulieri piissimæ, benevolentissimæ, largissimæ, dulcissimæ, amicabilissimæ, ad quam omnes bene audent accedere, quia neminem spernit, nemini improperat delicta, sed compatitur, excusat, & omnia vertit in melius, tantum ut se peccator peccatorem agnoscat. Et ideo confidenter accedamus ad eam pro misericordia, quia hoc est officium eius, commissio eius, ut subueniat penitentibus. Ad hoc enim est ipsa electa, & facta mater Dei, ut per eam peccatores inueniant gratiam. Et ipsamet peccatores dixit ad quandam suum deuotum, quod peccatores sunt gloria sua. Quare? Quia sicut Christus non fuit incarnatus & passus, nisi propter peccatores (sciat ipsemet dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et: Non est prius sanus medicus, sed male habentibus) sic beata virgo Maria non fuisset mater Dei, si non fuissent peccatores. Quia si nullus fuisset peccator, non fuisset opus Deum incarnari. Et si non fuisset Deus incarnatus, ipsa non fuisset mater Dei, quod est maxima gloria eius. Ergo propter peccatores venit ei ille supremus honor, quo non potest maior esse post Deum, id est, esse Deum. Ideo hoc officium non negligit, sed nec cessat, donec Deum reconciliet omnibus deuotis suis penitentiam facientibus. Tertio potest accipi templum pro anima hominis deuota, secundum quod dicit Apostolus: Nec sitis quia templo Dei est uos? Et iterum: Nec sitis quia membra vestra templo sunt spiritui sancti quoniam vobis est? Sumus igitur templum Dei, si in gratia Dei sumus, si charitatem Dei habemus & proximi. Et in hoc templo iuscipimus misericordiam Dei & Domini nostri Iesu Christi, per renovationem feruētioris charitatis,

Christus cor
matrem suā
fecerūt dispe
nitatem lu
per regnum
misericor
diz.

peccatores
eū sint glo
ria beatae Ma
rie.
Ibidem.
Math. 9.

si nobis insunt illæ conditiones quæ scribuntur de sancto Simeone, qui reg-
ram gessit nostri. Primum quod de eo scribitur, est interpretatio nominis.
Simeon enim interpretatur audiens tristitiam. Ille ergo audit tristitiam,
qui compatitur super afflictione proximi, qui tristitiam searris suorum

Simeon quid
fignet.

Hierusalem
quid sonet.

Psalm 75.
Pacem pe-
ctori quenā
præstent.
Iob 17.

Psal. 37.
Obliteratio
aliorum cu-
ris ova quæ ma-
la generet.

**Iustus quis
dicatur.
Tob. 4.
Matth. 7.**

Timor Domini
nigri acqui-
tatur.
Ephal. 121.
Prov. 1.
Esaiz 66.
Consolatio
quænam foli-
quærenda sit
Bernardus.

Spiritu san-
cto uti locus
parciat.

**Accessus ad
altare quid
signet.
Candela qui
significet
Christum.
Lichnus can-
delæ quid
mysticè sig-
nificet.**

sum, qui portat patienter onera & defectus proximi sui. Tales sunt misericordes, compatientes, & recipiunt Dominum in corde suo. Secundo scribitur de eo, quod fuit in Hierusalem. Hierusalem interpretatur visio pacis. Qui ergo Dominum vulnus habere in cordesuo, oportet ut habeat pacem in corde suo: quia in pace factus est locus eius, ut dicit Psalmista. Si vis habere pacem in corde tuo, serua mandata Dei, redde ei vora tua, ut non reprehendat te cor tuum in omniconuersatione tua. Serua obedientiam & reverentiam superioribus tuis, concordiam & charitatem cum fratribus. Noli intronitare te cum ijs que ad te non pertinent & que tibi non sunt commissa. Noli alios curiose obseruare: secreta eorum & defectus studeas potius nescire & non videre, quam scire: ut sis tanquam mutus & surdus & tacitus quia si volueris alios obseruare, incident tibi suspitiones, amarissime cognationes, temeraria iudicia, que communiter erronea sunt, & continuo memoratur charitas, cum minus bene sentis de proximo tuo. Per hoc tam non debet intelligi, quin aperta & maiora peccata debeamus corrigeri tenemur, seruatius conditionibus debitibus, vel denunciare ijs, qui habent corrigerem quando speratur de emendatione, alias tutius est, vel tempus expectare, vel pro eis ex charitate orare. Tertio dicitur, quod fuit iusta. Hec dicitur iustus, qui reddit vni cuique quod suum est, qui facit proximo suo, sicut vult sibi fieri: & que odit sibi fieri, alteri non facit. Non derelicit, quia non vult sibi dereligi. Non despicit proximum, quia non reh

sperti. Non facit iniuriam, quia iniuriam fibi fieri non vult. Quartum est, quod fuit timoratus: quia iniurium sapientiae & timor Domini: & timorem Dei comitatur humilitas, cum qua libenter habitat Dominus iuxta illud. *Sed quoniam requiescit spiritus meus, nisi super humiliem & quietum & tremorem remanserit?* Quintum est, quod expectabat consolationem Israe, consolatio spirituale & diuinam. Qui Christum vult in templo sui cordis recipere, necesse est ut non queratur humanam & mundanam consolationem qui repellit diuinam, iuxta illud D. Bernardi: *Dicitur ergo diuina consolatio, & non datur admittentibus alienam.* Qui ergo haec quinque praemissas habet, necesse sequitur, ut habeat etiam sextum, quod sequitur. Et Spiritus sanctus erat in eo. Nunc ergo charissimi, mundemus tempora nostra, id est corda nostra, ut in his recipere mereamur Dominum nostrum Iesum Christum. Studeamus obtinere ab intra in spiritu, quod foris ostendimus non. Quid est hoc? Quando accedimus ad gradum altaris accidentes candelam, representamus, quod recipimus Christum sicut S. Simeon. Per candalam enim significatur Christus. Per ceram mundam, caro eius, que ait facta viri semine ex Maria virginie operatione Spiritus sancti formata. Per lumen eius anima, & per ignem diuinitas. Haec tria fuerunt in Christo. Accedamus ergo non ex consuetudine quadam, sed cum fervore & spirituali meditatione, desiderantes & orantes Dominum, ut dignetur se dare nobis. Cum autem denuo offerimus cereum, offeramus candelam, id est, Candelam

Hum iterum cum spirituali meditatione. Offeramus eum Patri cœlesti in remissionem omnium peccatorum nostrorum, in supplicationem omnium negligientiarum, & in gratiarum actionem omnium beneficiorum nobis exhibitorum, ut sicut sanctus Simeon, mereamur in pace dormire & æternaliter cum eo gaudere. Quod præster nobis idem Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, benedictus in seculorum secula, Amen.

IN FESTO SANCTAE AGATHAE VIRGI-

nis ac martyris sponsæque Christi: Paraphrasim in

Epiſtolam & Exegeſin in Euangelium quare

ſupra in festo D. Barbaræ virginis &
martyris.

SERMO IN EODEM FESTO.

De seruanda mentis & corporis integritate.

Ecce pons venit, exite obuiamei. Matthæi XXV. Inter cætera Omnipotentis Dei miracula, non postremum obtinet locum dilectissimi, quod virgines quasdam non solum diuitijs, nobilitate generis, multisq[ue] alijs bonis vitæ huius illustres, sed etiam ætate pariter ac sexu fragiles fecerunt pro sui amore primum quidem contemnere facultates omnes & quicquid in mundo habere potuissent, deinde etiam corpora sua tormentis omnibus summa cum alacritate exponere. Quis enim non obstupescat teter rimas & solo auditu horribiles tyrannorum carnificinas, promptissimis animis & iucundis vulcibus subiijſſe puellas nobiles, nutritas in delicis, quæ ex ipſa sexu infirmitate penè ad omnem folij strepitum trepidare solent? Verum hic manifestam Dei virtutem agnoscimus & prædicamus, & quoad possumus benignissimi creatoris immensæ pietati gratias agimus, quod ob sui nominis propagandam gloriam, suamq[ue] potentiam declarandam illustres ac tenebris virgines in tantum cœlestis gratiæ suæ firmavit robore, ut nulla persequentiū crudelitate potuerint à fidei catholice integritate, à veritatis profissione, ab unitate Ecclesiæ, ab indiuidua electorum omnium charitate separari. Quartu[m] certe præclarissimis exemplis nos virtutumq[ue] instituimur, ne quicquam vñquam veritati, iustitiæ, Ecclesiasticæ vnitati, fidei syncretisti, & Dei ac proximi charitati ita præponamus, vt ab his nos abduci aut auelli patiamur. Ad hoc animat nos vel maximè virgines huius sacraffissimæ Agathæ cuius hodie solennitate lætamur, inuicta constantia, quæ Tyranni blandas promissiones iuxta ac terribiles comminationes derisit, malens Christo Iesu fortiter inhærente etiam cum rerum omnium atque ipsius etiam florentissimæ iuentutis dispendio, quam vel summa cum felicitate præsentis vitæ ab illo discedere. In qua nimur admiranda virgine multa suppetunt, quæ possint merito summe commendari, sed nos ex pluribus eius virtutibus integerrimam animi & corporis illius virginitatem, & virgineam integritatem paucis ita fuscipimus prædicandam, vt plurimos optemus ad tantæ virtutis amorem ac studium prouocare. Esto impurissima Lutheranoru[m] fax, homines mente & corpore corrupti & Epicuri potius